diligenter obsecro intuere & affectum talem premittas tibi formam & iudicium. Credo videbis hor-
rorem suum horrorem: & magna bonitatis dei estimares si te sic eriperet. Et ipsi prius in-
damnati, si eriperentur, quam immense magnificarent dei misericordiam. At nunc ad oculum. Nonne
sicut alii perierunt, ita et tu potuisti eodem momento & per momenta adhuc singula. Et sicut
alii damnati sunt, ita & tu potuisti. Quod autem non es factum, cuius nisi fuit eius misericordiae? Nonne
hec est infinita abyssus bonitatis divine suscepte? An tam insipiens es, quod minorem esse reputes
bonitatem que conservat, quam que redimeret? Noli ita estimare. Sed omnino finge te iam
esse damnatum cum omnibus demonibus (Quod sine dubio talis es ex te ipso & eris.) Et
ideo eadem mensura: gratiam dei pondera, qua servavit te a damnatione: qua mensurares eam
si te ex medio inferno erueret. Talem devotissimam & efficacissimam meditationem
habuit Ezechias cum ait: Ego dixi in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi
Cum tu [illegible] intravi. Et tu autem eruisti animam meam ut non periret. Sed
veritas dixit: quod nunc ibi fuit. [illegible] quod ex ipso ad ibi disputata fuit. Et David.
De profundis clamavi ad te domine etc. Sic enim deus deducit ad inferum & reducit
sic magnificat misericordiam suam nobiscum. Qui autem tali meditatione non exercentur, vilem
reputant misericordiam eius. Contra quod Jone 3. Qui frustra ~~[illegible]~~ derelinquunt misericordiam suam etc.
Nam & ipse tali affectu dixit De ventre inferi clamavi ad te. Et omnes sancti
in affectu primo cum domino moriuntur & descendunt in eo ad infernum. ~~[illegible]~~ facti
cum eo resurgunt & ascendunt ad celos & mittunt dona spiritus in alios. Sed autem cum
tropologice [illegible]. Nam moriuntur quoad affectum & motum peccati. Et sic quoad affectum
[illegible] inferni descendunt in illum. Et sic omnes orationes psalmi que in persona Christi
in inferno positi clamantur, clamantur etiam in persona peccatorum affectu & corde
in infernum descendentium. Sic convertuntur peccatores in infernum omnes qui etc. Quia
qui non in Christo moritur, ad inferos descendit, nunquam etiam cum eo resurgit & ascendet.
Unde hic orat: Domine me libera me. Quia omnes sunt affectuosissime orationes eorum qui
sunt in meditatione inferni. Sic sancti Christi liberati in inferno constituti. Reprobi
ergo & mundani superbi, quia in bonitate sua vivunt & non descendunt in domino ad
inferos, sed potius ascendunt ad celos, ipsi tandem descendent & non ascendent.
Sic de sancto dicitur in psalmo 106. Ascendunt usque ad celos & descendunt usque ad abyssos
anima eorum in malis tabescebat. Hanc autem tropologiam passionis Christi
nobis in multis locis studiose commendat, que plurimum ad utilitatem pertinere videtur &
vehementer ad bonum promovet. Sic enim ut dixi et hic exponit Christus non sibi
placuit et volens quod & nos tropologice idem faciamus, scilicet affectu & meditatione omnium peccata in-
duere & sic infirmitates imbecillorum sustinere & non nobis placere, sed placere alter alteri in
bonum, non in malum eius, in edificationem non in destructionem. Quod autem hanc auctoritatem sic tropolo-
gice accipere debeamus, Apostoli magister noster. Quecunque enim scripta sunt ad nostram doctrinam
scripta sunt scilicet moralem. Ergo & ipse de Christo ad literam dicta nobis per moralem doctrinam

Cum igitur nos pro Christo reales passiones & tribulationes non habeamus, saltem nostras
esse saltem affectuales ipsas nobis infligamus. Ut sic apostolus sicut [illegible] misereatur &
nos salvet. At sic nostri ipsorum simus tyranni, tortores, heretici, excitantes tales affectus
qui nos impugnant & ad meliora cogant, ne per pacem & securitatem dissolvamur. Quia
pax & securitas huius affectibus omnino repugnat. & voluptas [illegible] conspicitur etc.